



## **Duo Tractatus**

**Moneta, Giampietro**

**Marburg, 1628**

VII. An possit optari præbe[n]da minor, quæ tamen aliqua de causa sit  
magis grata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

*d. tract. de jure patr. num. 158.* quod ipsum etiam ex eo comprobari potest, quod *supra q. 3. concl. 7. & q. 4. ad finem* ostendimus, induci posse specialem consuetudinem optandi beneficia reservata, & quæ sunt de jure patronatus.

QUÆRO SEXTO, *An possit optari præbenda habens aliquod onus annexum, puta præbenda Theologala, Pœnitentiaria, vel similis.*

Respondeo † non posse: ita in specie voluit Navar. 98 *cons. 14. de reb. eccles. non alien. nu. 3. volum. 1. & probari potest, cum quod ibi electa videtur industria persona, cum quia ubi aliquod beneficium requirit qualitates aliquas, aut examen, si cui indulgetur, ut possit consequi beneficium aliquod, aut dignitatem, illud non venit, quod examen aut qualitates illas requirit, ut est optimus tex. in c. fin. de transl. episc. cum ibi not. pro quo etiam faciunt, quæ de hujusmodi præbendis certis personis graduatis, ac certis qualitatibus præditis † 99 omnino conferendis decrevit Conc. Trid. sess. 5. c. 1. de refer. sess. 24. c. 4. & sess. 25. c. 5. traditque inter alios Covar. pract. q. c. 36. num. 3. Rebuf. in concord. Rubr. de collat. §. 1. verbo, Theologalem, & verbo, alteri, & Jo. Quintil. Hæd. in repetit. o. de multa, num. 45. & seqq. de præbend. Tandem quod hujusmodi præbendæ erectæ in Theologalem & Pœnitentialem non possint optari, postquam hæc scripsi inveni fuisse decisum per sacram congregationem super declaratione Concilii Trident. ad cap. 1. sess. 5. & cap. 8. sess. 24. de reform. An vero per canonicum possit optari dignitas, quæ aliqua ex causa reservata non sit, dicemus inf. c. 5. q. 2.*

QUÆRO SEPTIMO, & ultimo in hoc cap. *An possit optari præbenda minor, qua tamen aliqua de causa sit magis grata?*

Respondeo † posse: ita gloss. d. c. fin. in verbo, meliores & ibi Butr. & Anchar. de consuet. in 6. eamque gloss. sequitur Franc. Marc. decis. Delphin. 1258. nu. 4. 1. part. & communiter, ac merito receptam dicit Navar. de reb. eccles. non alien. cons. 4. volum. 1. à qua etiam opi-

- nione non discedit Rom. *conf.* 227. Rot. *decis.* 5. *vers.*  
 101 *præterea, de consuet. in no.* sed contrarium † tenet ex-  
 presse Rot. *decis.* 3. *eod. tit. in no.* & Franc. *d. c. fin. in princ.*  
*nu.* 8. cui etiam accedere videtur post Jo. Mon. Mil. *in*  
*ver. consuetudo per quam, il. 1.* Gemin. vero *d. c. fin. nu.*  
 102 11. volens concordare opiniones distinguit † quod  
 aut consuetudo specificè disponit, quod possint optari  
 majores præbendæ, & tunc non possunt minores, aut  
 consuetudo simpliciter disponit, & tunc possit optari  
 major, & minor, sicque procedat opinio gloss. Verum  
 103 † hoc est nihil dicere, sed vel priori, vel posteriori opi-  
 nioni adhærere: secundum enim membrum est ipsa  
 expressa prima opinio: primum autem est ipsa secun-  
 da opinio, si illud pure intelligatur, prout sonat, si ve-  
 ro addatur dictio taxativa, *solum*, quasi inducta sit con-  
 suetudo, quod solum majores præbendæ optentur,  
 tunc nihil mirabile dicit, sed id, quod neque qui sunt  
 in contraria sententia negabunt. Moventur autem,  
 qui contrarium sentiunt duplici ratione. Primo, quia  
 ex quo consuetudo sic est obtenta, ut optetur major,  
 104 non debet extendi ad minorem, quia præscriptio † non  
 extenditur nisi ad id, quod est possessum, *c. veniens, de*  
*auditis, c. cum ex officii, de præscript. de quo etiã late per*  
*Rom. conf.* 371. & Doct. *in c. tua de deci.* neque consue-  
 105 tudo † extendi debet, *ut not. in c. fin. de off. Archid. Se-*  
 106 *cundo* quia licitum est ascendere † ad majorem digni-  
 tatem, sed non descendere de majori ad minorem, *ju-*  
*ta not. in c. quanto, & c. licet, quod est fin. de translat.*  
*Episc. & c. cui de non sacerdotali, de præbend. in 6.* ubi  
 non datur descensus etiam quoad valorem præbendæ.  
 Quibus tamen, & similibus non obstantibus priori opi-  
 nioni adhæreo, quam in conclusione firmavi, quod  
 indistincte possit fieri optio etiam de minori præben-  
 da, ubi ex aliqua causa sit magis grata vel ob interesse  
 veritatis, quia exempli gratia illa major, seu melior,  
 quã obtinet, sit pensione gravata, ut ab ea se liberet, *ju-*  
*xta ea, qua trademus inf. c. 7. q. 2.* vel etiam ob interesse  
 affectionis, puta quia minoris præbendæ bona vici-  
 niora

niora sint suis patrimonialibus, quia ea præbenda fuit  
 sui patruī, aut valde amici, vel simili de causa. Id au-  
 tem probō & ipse dupliciter. Primo rationibus gloss.  
*d. c. fin. verbo, meliores*, tum quia quod in favorem † a- 107  
 licujus inductum est, non debet in ejus odium retor-  
 queri, *c. quod ob gratiam, de reg. jur. in 6. & l. nulla jaris*  
*ratio, c. de legi*, tum quia cui licet plus, licet † & minus, 108  
*c. cui licet de reg. jur. in 6. cum simil.* Secundo illa ratio-  
 ne, quam tangit Rot. *d. decis. 3.* quia illud est melius,  
 quod est magis gratum, & plus placet, §. *præterea, In-*  
*stit. de action.* & *l. Sabinus, ff. de in diem addict.* quod  
 etiam ex eo confirmatur, quod est ita considerabile in-  
 teresse aliquod sive veritatis, sive etiam affectionis, ut  
 cum alioquin non nisi posita magna læsione † decur 109  
 etiam ecclesiæ in integrum restitutio, *c. i. de in integ. re-*  
*stit. cum concordant.* tamen restitutio † conceditur non 110  
 solum propter interesse veritatis, ut est *tex. in l. minori-*  
*bus, ubi Doct. ff. de minor.* sed etiam propter interesse  
 affectionis, ut not. Bart. Bal. & alii in *l. si in emtionem,*  
*ff. de minor.* & post multos Odd. tract. de restit. in integr.  
 q. 4. art. 10. idq; optime probat *tex. d. l. si in emtionem,*  
 ubi minor restituitur, si omisit emere rem majorum  
 suorum in emtionem collocatam.

His positis, non obstant in contrarium adducta.  
 Non primum, quod præscriptio non extenditur nisi  
 ad id, quod est possessum. Respondeo enim primo, for-  
 te procedere id in præscriptione, † nos vero loqui de 111  
 consuetudine, quicquid velit Gemin. *d. c. fin. in princip.*  
*num. 9. & 11.* dum contendit, consuetudinem optandi  
 magis proprie dici præscriptionem, id enim facile re-  
 felli potest, *ex late traditis per nos supra cap. 2. q. 2.* Se-  
 cundo tam præscriptionem, quam consuetudinem † 112  
 extendi posse ad casus omnino similes; imo ipsi Ge-  
 min. & Franc. *d. c. fin. in princip. num. 7.* voluerunt, hanc  
 consuetudinem extendi de casu vero ad fictum, de quo  
 nos *latius inf. c. 4. q. 4.* in nostra autem specie casus o-  
 mnino similis est, cum illud melius dici † possit alicui, 113  
 quod magis gratum est, ut diximus, & sic solvitur quod  
 objicie.

objiciebatur, *ex not. in cap. fin. de off. Archid.* consue-  
 tudinem non extendi, præterquam quod ille tex. lo-  
 quitur potius de præscriptione, & quidem valde odio-  
 sa nimirum de præscribenda per Archidiaconum ju-  
 risdictione in monasteriis, quod magis Episcopo præ-  
 judiciale est, quam jus optandi, ut quisque facile potest  
 intelligere. Non obstat etiam, quod objiciebatur *c.*  
*quanto, & cap. licet de transl. Episc.* Nam quod atti-  
 net ad *c. quanto*, non prohibetur ibi descensus, sed so-  
 lum præmissio, quod quis de facto relicta propria ec-  
 clesia ad aliam se propria auctoritate transtulerat.  
 subdit summus Pontifex, quod qui se ad majorem ple-  
 bem transtulit, à cathedra repelli debet aliena: immo  
 gloss. fin. ibi dicit, idem fore, si ad parem, vel minorem  
 se transtulisset: *cap. vero licet*, seu *fin. primo* loquitur  
 de majoritate, & excessu in dignitate, non in redditu,  
 prout etiam loquebatur *c. quanto*, deinde dispositio  
 tam *d. c. si.* quam *cap. cui de non sacerdotali*, procedit  
 114 propter mandatum, cujus fines † diligenter sunt cu-  
 stodiendi, *c. cum dilecta, de rescript. & l. diligenter,*  
*mandat. cum similib.* ut de dispositione *tex. d. c. cui de*  
*non sacerdotali*, dicit ibi Pontifex *in fi. & not. gloss. d.*  
*fin. in verbo, meliores, de consuet. in 6.* Nam in *d. c. licet*  
 115 concesserat † in specie prædecessor Pontifex cuiusdam  
 Episcopo, quod si ad majorem vocaretur forsitan di-  
 gnitatem, eam sibi liceret assumere; declarat autem  
 ibi Innoc. III. non potuisse illam transire ad parem di-  
 gnitatem, quia fuerat expressum de majori; & quia et-  
 iam in majori dignitate propter majorem utilitatem  
 facilius solet dispensari, *ut ibi inquit Pontifex, & gloss.*  
*in verbo, ad pacem.* In *cap. vero cui de non sacerdotali*  
 statuit Bonif. VIII. quod si cui manderetur provideri de  
 præbenda non integra, aut certi valoris, non poterit et-  
 iam volenti de sacerdotali, dimidia, vel minoris valo-  
 ris provideri propter certos fines mandati, *ut inquit ibi*  
*textus, & not. gloss. & Doct. & nos mox admonuimus.*  
 Atque hæc circa materiam hujus tertii cap. dicta suffi-  
 ciant.

## SUMMÆ RERUM.

- 1 *Canonici soli seu beneficiati in aliqua ecclesia collegiata, regulariter optare possunt.*
- 2 *Consuetudo optandi inter canonicos inducta non extenditur ad dignitates, seu Pralatos, ut possint optare canonicales prabendas.*
- 3 *Consuetudo non extenditur de persona ad personam diverse qualitatis.*
- 4 *Prabendam pœnitentiarum, aut similem obtinens non potest fortasse aliam optare. Contrarium. numero 11.*
- 5 *Divisio beneficiorum unitorum debet fieri ab habente auctoritatem servata solennitate; & ex justa causa, sicut & unio.*
- 6 *Beneficiarius non potest suum beneficium diminuere, aut damno afficere.*
- 7 *Canonicus an habeat successorem, & an Pœnitentiarum, & num. 12.*
- 8 *Pœnitentiarum principaliter habet officium, prabendam per annexionem, & quasi rem peremptam secundum Navar. de quo num. 13.*
- 9 *Beneficiatus habens ecclesiam Parochialem suo beneficio annexam, non dicitur simpliciter habere curam animarum.*
- 10 *Navarri Doct. auctoritas.*
- 12 *Pœnitentiarum optando non dividit, aut unit officium à beneficio aut cum illo, sed dimittit prabendam cum onere, & officio.*
- 13 *Theologi, & Pœnitentiarum officium quomodo instituendum sit.*
- 14 *Unio non semper ita fit, ut, quod unitur, alteri accedat.*
- 15 *Antiquiores canonici prius optant, antiquiores inquam non ætate, sed receptione. num. 16. declaratur. num. seqq.*
- 17 *Canonicus qui major est ordine, posterior tamen receptione, quomodo debeat preferri in portione percipienda.*

18 *Anti-*

- 18 Antiquiores etate, vel maiores ordine poterunt e  
consuetudine speciali preferri in optando; ut  
Doctores, aut persona insignes. num. seqq.
- 19 Doctorum ordo praeceps est
- 20 Excommunicatus potest optare, Contrarium ali  
num. 21. 43
- 22 Excommunicatus privatur fructibus beneficii.
- 23 Collatio beneficii facta excommunicato nulla est. 44
- 24 Optio non est collatio, neq; collationem requirit.
- 25 Excommunicatus potest acceptare beneficium ju  
sibi collatum. 45
- 26 Beneficii collationem excommunicato factam, ma  
jore jure tenere probabile est. 46
- 27 Excommunicatus equiparatur deportato.
- 28 Deportatus potest eligere & optare.
- 29 Excommunicatus potest ea, qua sunt facti, & p  
qua solum voluntas declaratur. 48
- 30 Excommunicatus non amittit fructus beneficii, ni  
per sententiam eos expresse continentem. 49
- 31 Absentes ab ecclesia optare possunt.
- 32 Absentes ob servitium Papa, vel ecclesia optare p  
sunt; licet consuetudo, vel statutum disponat  
quod soli praesentes optent. Hi enim habent ut p  
praesentibus. num. 33. 50
- 34 Consuetudo contra jus non extenditur de casu vero  
ad fictum, neque de loco ad locum, neq; de persona  
ad personam. Idem in statuto. num. 35. Quod t  
men perpetuum non est, remissive. num. 36. praec  
pue vero ubi in casu omisso militat eadem omni  
no ratio. num. 37. vel ubi ea equiparantur à leg  
num. 38. 51
- 39 Statutum, vel consuetudo disponens de praesentibus  
in ecclesia extenditur de casu vero ad fictum. 52
- 40 Consuetudo optandi, sicut quavis alia inducta i  
una ecclesia non extenditur ad aliam ecclesiam  
quamvis illi subjectam. 53
- 41 Canonicus, qui ex consuetudine optare non potest ni  
si semel, si semel optavit praebendam, super qua  
deindè 54

deinde moveatur sibi lis, non poterit aliam optionem facere: poterit tamen redire ad suam, si succumbat, eamque dimiserit cum protestatione, num. 42.

- 43 Prior in data, qui non fuit negligens, praefertur in optando priori in receptione; posteriori tamen in data.
- 44 Conditio habetur pro impleta, cum non stat per eum, qui implere debet.
- 45 Absentes in servitio Papa, vel ecclesia cur optare possint etiam stante consuetudine, vel statuto, quod soli praesentes optare possint.
- 46 Absentes quoque in servitiis Episcopi optare possunt. Quid in absentibus causa studii de licentia Papa, vel Episcopi. num. 47.
- 48 Absentes causa studii de licentia Praelati, vel Papa percipiunt fructus suarum prebendarum.
- 49 Privilegiati, ut percipiant fructus, ac si residerent, optare non possunt, & gaudere aliis privilegiis, qua competunt praesentibus. tam de jure communi, quam ex consuetudine, vel statuto.
- 50 Consuetudo contra jus quando extendatur ad casum fictum.
- 51 Consuetudo optandi non est improbata à jure, sed immo permessa, & quodammodo approbata.
- 52 Optio fieri potest per procuratorem, habentem speciale mandatum: immo per procuratorem cum libera. nu. 55. quid in habente generale mandatum. num. 58.
- 53 Potest per alium, qui potest per se ipsum; & qui per alium facit, per se ipsum facere censetur.
- 54 Procurator admittitur in quavis re, ubi non prohibetur.
- 56 Procurator cum libera equiparatur habenti speciale mandatum. Item potest permutare. num. 57.
- 58 Procurator habens generale mandatum, & negotiorum gestor si nomine meo optet, & ego ratum habeam, optio valebit.



- 50 *Dominium pecunie soluta negotiorum gestori acquiratur creditori ratihabitione secuta.*
- 60 *Optio per quemcumq; nomine meo facta forte valet, si ratum habeam.*
- 61 *Beneficium potest alicui conferri nomine absentis.*
- 62 *Beneficium impetrari potest sine mandato.*
- 63 *Coniuncta persona sine mandato admittitur ad optandum; sicut etiam in beneficalibus, num. 64 requiritur tamen ratihabitione, num. 69.*
- 65 *Coniuncta persona regulariter admittuntur, si caveant de rato; & qua illa sint. num. 66. & usque ad quem gradum. num. 67.*
- 68 *Canonicus, aut alias coniunctus conjunctione spirituali non potest pro alio coniuncto impetrare, aut acceptare.*
- 69 *Ratihabitione requiritur ubi aliquis sine mandato speciali, aut sine libera pro alio optavit: & in ratihabitione huiusmodi per antiquiores facienda pendente possint iuniores interim optare. numero 70.*

## CAP. IV.

*Quinam optare possint prabendas.*

**QUÆRO PRIMO,** *An soli & omnes antiquiores canonici optare possint?*

**PRIMA CONCLUSIO.** Illud certum est, solos canonicos, seu beneficiatos in aliqua ecclesia collegiata regulariter † optare posse, ut patet ex iis, quæ supra diximus, c. 1. q. 2. & c. 3. q. 1. ubi etiam diximus, posse induci consuetudinem, ut beneficiatus in aliqua ecclesia, dummodo constituat aliqua ratione unum corpus cum canonicis, possit optare canonicatum, seu prabendam vacantem, vel non optatam: pro quo etiam facit decis. Delphin. Franc. Marc. 1271. nu. 4. immo etiam ibid. ostendimus, posse beneficiatos inter se optare, dummodo collegium in aliqua ecclesia constituent.

S E C U N D.